


In Festo Sacratissimi
CORPORIS
Domini nostri Jesu Christi

Processio post Missam



Gerolitus Ammosaulicus
edidit


Bonnæ ad Rhenum - MMIII - Ædibus Bardorum

Post Missam Evangelio ultimo lecto i at Processio.

Hymnus
IV.




Al-ve festa di- es, toto vene-rá-bi-lis ævo,



Qua caro Messí- æ fit cibus Ecclé-si-æ.


Repetitur ab omnibus totus primus versus.



✠ Christus in cœna turba cinctus du- odé- na Se te- net



in ma- nu, se ci- bat il- le ci- bus. ✠ Sal- ve.




✠ Te mé- ri- to, Chri- ste, júbi- lans laudat chorus i- ste, Cui



vi- tam ca- ro dat tu sancta caro. ✠ Sal- ve.




✠ Sic decreví- sti, sic pás- ce- re nos vo- lu- í- sti, Tu cum sis



vi- ta, nos pi- e pascis i- ta. ✠ Sal- ve.

Processio theophorica




✠ Fit ca-ro de pa-ne, vi-num cru- or, hæc du-o pla-ne Chri-




stus discí-pu- lis dat memoránda su- is. ✠ Sal- ve.



✠ Hic cibus, hic po-tus causat, quod númi-ne to-tus Sumens




plenus e- rit, si bene cre-dí-de-rit. ✠ Sal- ve.




✠ Si credis, comé-dis si, non sine luce re-cé- dis, Ergo cibus



vi- tæ non ju- vat absque fi- de. ✠ Sal- ve.



✠ Cre-de De- um Christum fore, qui panem de-dit i- stum,









Qui ne-gat es-se De- um, mens ma-la perdat e- um. ✠ Sal-ve.




✠ Qui capit indígne, iudex se pú-ni- et i-gne, Qui di-gne

Processio theophorica



Quando invenerit processio ad Altare stationis, sacratissimum Sacramentum super eo ponitur et omnibus I exis genibus adorant sequentem cantantes:

Hymn.
V.



D-ó-ro te devó-te la-tens Dé- i- tas, Quæ sub his fi-
gúris ve-re lá-ti- tas: Ti-bi se cor me- um to-tum súbje-cit,
Qui- a te contéplans to-tum dé-fi-cit.

2. Visus, tactus, gustus in te fállitur,
Sed audítu solo tuto créditur:
Credo quidquid díxit Dei Fílius:
Nil hoc Veritátis verbo vérius.

3. In Cruce latébat sola Déitas,
At hic latet simul et humánitas:
Ambo tamen credens atque cónfitens,
Peto quod petívit latro pénitens.

4. Plagas, sicut Thomas, non intúeror:
Deum tamen meum te confíteor:
Fac me tibi semper magis crédere,
In te spem habére, te dilígere.


5. O memoriále mortis Dómini!
Panis vivus vitam præstans hómimi!
Præsta meæ menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.

6. Pie pellicáne, Jesu Dómine,
Me immúndum munda tuo Sáanguine:
Cujus una stilla salvum fácere
Totum mundum quit ab omni scélere.

7. Jesu, quem velátum nunc auspício,
Oro fiat illud quod tam sítio:
Ut te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ glóriæ. — Amen.

Postea revertit Processio ad Ecclesiam, interdum cantans.

Hymn.
III.



P Ange linqua glo-ri- ó-si Córpo-ris mysté-ri- um,
Sanguínisque pre-ti- ó-si, Quem in mundum pré- ti- um
Fructum ventris ge-ne-ró-si rex effúdit gén-ti- um.

2. Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparo verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.

3. In suprémæ nocte cœnæ
Recúbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,

Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

4. Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

5. Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.

6. Genitóri, Genitóque
Laus est jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio.

Amen.

✠ Panem de cœlo præstitísti eis. (Allelúja).

✠ Omne delectaméntum in se habéntem. (Allelúja).

Orémus.

Oratio.

Deus, qui nobis sub sacra-
ménto mirábili passió-
nis tuæ memóriam reliquisti:
ζ tríbue quæsumus, ita nos
córporis et sánguinis tui sa-

cra mystéria venerári; * ut re-
demptiónis tuæ fructum in
nobis júgiter sentiámus. Qui
vivis et regnas in sácula sæ-
culórum. ✠ Amen.

Ad repositionem sacratissimi Sacramenti cantatur.

Cantus
VI.



- ve ve-rum * Corpus na-tum de Ma-rí- a Vírgine:




Ve-re passum, immolá-tum in Cruce pro hómine. Cu-jus



la-tus perfo-rá- tum fluxit aqua et sángui-ne: Esto no-



bis prægustá- tum mortis in ex- ámi-ne. O Je-su dul-



cis! O Je-su pi- e! O Je- su fi- li Marí- æ.

Omnia jura vindicabimus

HOLGER PETER SANDHOFE

eMail: Sandhofs@gmx.net — <http://www.nocturnale.de>

© MMIII · Ædibus Bardorum